

QK. 521,22.



RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISS
FRIDERICO AVGVSTO
SERENISS. PRINCIPE REGIO

DE
**ERVDITIS
MILITIBVS**

PRAESIDE

M· GODOFREDO VVAGENERO
ORD· PHILOS· ASRIPTO

DISQVIRET
IO· GEORG· MITSCHERLINGIVS
PIRNA MISN

A· C· 15 CC XV D· IANVARII

VITTEMBERGAE EX OFFIC· HORNIANA



224 II 3

224 II 3



RECOLORE ACADEMIV MUNICIPALITATIS
ALTDIBERICUS ARDENTIO

HERMANNI MULTIBAS

W. GODFREDO AVGENERO

10 DEC. 1770

MULTIBAS EX OTTO HORNINI



SVMME VENERANDO MAGNIFICO
EXCELLENTISSIMOQ

VIRO
CASPARI
LOESCHERO

DOCTORI THEOLOGO EIVSDEMOVE IN
ILLVSTRISS. HAC PROPTER ALBIM ACAD
PROFESS. PVBLICO PRIM. LONGE CELEBERRIMO
ATQVE H. T. DECANO SPECTATISS. CVRIAEC SA
CRAE ASSESSORI SEN. GRAVISS. AD AEDEM MARIA
NAM PASTORI TRACTVS SAXON. ANTISTITI
GENERALI LYCEI ITEM OPP. EPHORO
VIGILANTISS. MERITISSIMOQ

DOMINO PATRONO DOCTORIQVE OLIM SVO
OMNI HONORIS ET OBSERVANTIAE CVLTV
IN PERPETVVM PROSEQVENDO

DISPVTATIONEM HANC ACADEMICAM
VETERI QVIRITIVM FORMVLA

D. C. Q.

M. GODOFREDVS VVAGENERVS
LYC. CONR.

*MAGNIFICE VIR,
PATRONE SVMME,*

Constat exploratumque est, arduum ac per difficile munus esse doctorum, qui puriori NVMINIS coetui praesunt, quippe qui nullum temere tempus, neque diurnum, neque nocturnum, dimittunt, quin gregis sibi concreti rationem habeant, omnesque, haud aliter, ac boni strenuique milites, qui in statione sua studiose agunt excubias, in ipsis salute curas defigunt, ne iuratus humani generis hostis, uel clam, uel palam, insidias ipsi paret, atque, falsis de DEO deliriis fraudibusque mille, persuadeat, ut, transfugorum instar, Imperatorem suum relinquat, ac in inferorum trans-

transeat castra. Reliquas et multas, et uarias, quibus con-
flictari debent diuini doctores, molestias libens praetermitto,
plus fatis notas TIBI, Vir Venerabilis, ac perspectas, longo
rerum usu, nec sine acerbo saepe mentis animique dolore,
edocto, haec ita comparata esse, qui, DEI tamen auxilio con-
silioque haec omnia facile superari posse, dudum es persuasus.
Nihil enim unquam, per totum illud temporis spatium,
quo in diuino coetu incorruptam doctrinam, uariis in locis,
auditoribus TVIS instillasti, curae cordique magis TIBI
fuit, quam, ita fungi munere, ut in extremo die iudici sum-
mo rationem reddere, coronaque, strenue certantibus pro-
missa, potiri, queas. Neminem certe fugit, quanta cura, quan-
ta fide, dexteritate, sanctiorem de DEO doctrinam magis
magisque amplificare, discentium animos nauiter imbuere,
et contra ueritatis hostes non consiliis modo, sed scriptis et-
iam, strenue uindicare, semper sis annis. Omnes diui-
niorum literarum cultores, qui TE, Patrone Summe, in ce-
leberrima hac ad Albim Academia, publice priuatimque o-
racula DEI explicantem assidue auscultant, in docendo pari-
ter, ac differendo, perspicuitatem et facilitatem, promptam
cuncta proponendi facultatem, raram et reconditam in diuini-
nis humanisque literis eruditionem et experientiam, le&gio-
nem infinitam, morum grauitatem, cum humanitate singu-
lari coniunctam, iure meritoque admirantur. Vlro autem
fateris, singularem DEI benignitatem abs TE praedicari satis
haud posse, quae fartum, tectum, TE, per tot annos, prae-
stít, ut TIBI maiorem quoque Mosis metam prope iam
attingere, tantaque alacritate, tantis uiribus, munus TVVM,
omnium cum admiratione et aplausu, administrare, detur.

Id

Id igitur omnes unum , qui religione et facrarum literarum
studiis nihil habent potius , perenixe mecum precantur , ut
summum ac praepotens NVMEN , quod TIBI , Summe Ve-
nerande , DEOque Charissime , Senex , ad hoc usque tem-
pus , sua gratia nunquam non tam benigne praestofuit , in sene-
citate etiam , quae ipsa morbus putatur , perpetuo adsit , ac mentis
corporisque uires , usquequaq. suffecturas , largiatur , ut pro coe-
tu diuino puriore bella Domini animose gerere pergas , atque , in
huius illustris Musarum sedis decus , in amplissimae Familiae ,
ex qua tot eruditissimi iam prodierunt uiri , gaudium solati-
umque , diutissime supersis , tandem uero de statione , in qua
fortissimi instar militis , per annos bene multos , tam strenue
stetisti , nutu iussuque Imperatoris maximi , laetus decedas ,
atque adeo hac ratione metam , ad quam per tot annos , si-
ne intermissione , contendis , feliciter attingas , curaque cer-
taminis liberatus , tanquam uictor , cum triumpho plausuque ,
coelum ingrediaris . Quod reliquum est , uehementer et-
iam atque etiam TE , Magnifice Vir , oro quaesoque , ut
leuidensem hanc disputationem , quam magno TVO Nomini
inscribere ausus sum et consecrare , serena fronte suscipias , et ,
qua adhucdum , eadem deinceps quoque , benevolentia il-
lum , qui , pro constanti LOESCHERIANAE felicitatis
perpetuitate , ad ultimum usque uitae terminum , immorta-
le NVMEN persancte uenerari , nullo unquam tempo-
re , intermitte , prosequi ne dedigneris . Scribebam
Vittembergae in Saxonibus , A. C. c15 15cc xv , pridie
Idus Ianuarias .

INNOCENTIUS XI, olim *Benedictus Odescalcius*, Comensis, in Mediolanensi tractu, patre Liui Odescalco, argentario, natus, iactis studiorum apud Loiolitas fundamentis, aduersus Turcos, in Sarmatia, militasse fertur. Ad Musas reuersus, ac Neapoli deinceps creatus Doctor, Romam pettit, ibique ab Urbano II Protonotarii Apostolici praefectus est muneri, postea *Marchiae Anconitanae* praefectus, et ab Innocentio X inter patres purpuratos receptus, biennio praeterlapso, *Apostolicus* nuntius Ferrariam missus, atque, ex itinere redux, Nouarensis praeful constitutus. Hoc munere per quinquennium functus, illo se abdicavit, Romamque reuersus, purpuratis ibi sacerdotibus ascriptus, ac, Clemente X, A. \approx 15 CLXXVI, defuncto, Pontifex M. est electus, † A. 1510 c XXIX, aet. LXXIX, sedis XII. [a]

MARTINVIS, Sabariae, in Pannonia, patre ab uero ueri Numinis cultu alieno, milite primum, posteaque militum tribuno, ortus, et, Ticini, in Italia, educatus, anno aetatis XV, militiae nomen dare coactus, tandemque, hoc uitae genere relicto, ascetarum numero ascriptus, atque A. CCC LXXXV praeful Turenensium factus, † A. cccc, aet. LXXXI, episc. xxvi. [b]

Ianus [c] PANNONIVS, Panno, poeta et *prophetæ* suo tempore doctissimus, sub initium Sec. XVI florens, cum in patria studiorum tirocinia posuisset, Italiam adiit, ac Ferrariae VII annos commoratus, cum primis, in poeseos arte, Galeotto Narniensi usus est praceptor, postea, aliquandiu in militia iversatus, atque ex Italia redux, Quinqueecclesiensis, in patria, praeful constitutus, eoque munere per annum haud unum functus, † tumulto insequentes uersus, iussit, inscribi.

A

[a] Vid. Io. Micraelii Hist. Eccl. L. III, sect. 2, p. m. 828, sqq. [b] *Quin*
Sulp. Seueri Opera, p. m. 174, sqq., Ant. Bonfinii Historia Pannonica,
Dec. II, L. I, p. 81, Dau. Zuittingeri Specimen Hungariae Liter. p. 232,
sqq. [c] In fonte quidem sacro nomen est adeptus *Ioannis*, imitatione tam
poetarum ueterum, *Ianus*, maluit, uocari, prout ipse huius rei causam,
in epigrammatibus suis, indicauit, ita canens.

Ioannes fueram, Ianum me pagina dicit,

Admonitum ne te, Lettor amice, neges.

Non.



*Quin etiam tacita iaceam ne ignotus in urna,
Signari hoc cineres carmine, mando, meos.
Hic stius est Ianus, patrium qui primus ad Istrum
Duxit laurigeras ex Helvone deas.
Hunc saltem titulum, luceo, permitte sepulco,
Inuidiae non est in monumento locus.*

Bonfinius [d] hoc egregium de eo iudicium reliquit. *Ianus*
Pannovius utramque ab ineunte pueritalinguam, Latinam scilicet Graecamque,
imbiberat. Praeceptor eius, Guarinus, Veronensis, saepe dicere solebat, se nullum abhuc ex Italibz peregrinisque discipulum habuisse, qui prae-
stantia, docilitate foecunditateque, ingenii cum Iano Pannonio conferri pos-
set. Si Latine loquebatur, in urbe Roma, si Graece, mediis natum Atheneis, affirmasset. Nil barbarici atq[ue] oratio redolebat. Notum ad car-
mensem ingenium, reputaueris, in prosa oratione non iniucundum. Quod si
in publicis curis et procellis non fluctuasset, nimirum cum priscis oratoribus
et poetis certare potuisset. Poemata eius semel iterumque edita sunt,
selectiora uero in Philippi Parei Deliciis Poetarum Hungarorum,
Francof., A. c. 10 cxix, in 12, editis, extant. [e]

Nicolaus ISTVANFVS, Panno, illustri loco natus, tum in patria, tum in Italia, literis humanioribus aliisque scientiis animum imbuit, ac Graecae, Latinae, Turcicae, omniumque proemodum, in Europa, linguarum haud speriendam sibi notitiam parauit. In iumentute rei militari sese dedit, atque, ad senectutem usque, octogenarius miles, ab expeditionibus fere nullis celebrioribus uoluit abesse. Fuit quoque primum Maximiliano et Rudolpho, Imperatoribus, a secretis, uariisque functus honoribus, a Rudolpho II, Hungarorum rege, regni Hungarici *Propalatinus*, seu locum tenens regius, A. 10 xxv vii, posteaque Transylvaniae dirigendae questor, est constitutus, A. 10 ciix paralysi corruptus. Reliquit *Historiarum, de Rebus Hungaricis, L. XXXIV*, eius post obitum semel iterumque excusos. [f]

Petrus BEITRICHIVS, Mompelgartenensis, Valentiae, in
Non ego per fastum spreuic tam nobile nomen,
Quo nullum toto clarius orbe sonat.
Compulit invitus mutare vocabula, cum me
Lauit in Aonio flauis Thalia Lach.

[d] d.l., Lib. III, dec. IIII. [e] I. P. Lotichii-Biblioth. Poet. P. IV,
p. 27, sqq., Zuttingerus, d. l., p. 287, sqq. [f] idem, d. l., p. 188, sqq.

Gallia, I. V. Doctor creatus, Friderici III, principis EL. Palatini,
eiusque filii, Casimiri I, consiliarius, legatus tribunusque mi-
litum per strenuus, † Heidelbergae, A. ∞ 10 xxcii, aet. XLII, uel
XLIX, phthisi consumptus. Symbolo usus est, *Arte, Sorte, Mar-
te.* [g]

Io. Vincentius IMPERIALIS, Genuensis Italus, quaestor ac
maritimae classis praefectus primarius, saepe legatus, deinde
dux de S. Angelo, posteaque a magistratu patrio ostracismi poe-
na damnatus, † A. 110 loc. XLV. Edidit *Carmina Larina et Italica*,
Vitae Rusticae Statuta, *Vatidicos Pastores*, *Horatii Spinolae*, *purpurati*, *Fu-
nebria*, *Vitam D. Terezie*, etc. [b]

Balthasar CASTILIONEVIS, Italus, patre Christophoro,
primario illustr. marchionis Mantuani equite, ortus, sub Apol-
line et Marte militauit strenue, miles quippe ac poeta insignis.
Certe I. C. Scaliger in sequens egregium de ipso iudicium [i] fecit.
Longe excellensiss. in poesi spiritus B. C. Nibil dulcior elegia, nibil elegantius,
tertius, lepidius. Prefetto eam mihi unam malum, quam magnum num-
erum Properianarum. Illius uero Cleopatra, non, ut illa uiuens, reges tan-
tum ac dictatores capere posset, sed omnes animos, quorum inter se, uacare
Musis. Est in ea fasigium illud summum in acrimonia sententiarum, quod
tantopere est quaestum a Lucano. Ceterum Maroniana suavitate adeo tem-
peratur, ut, quantum absterreris asperitate Lucani, tantum huins lenitate al-
luciaris. Igitur capitur animus, antequam congregiatur. Qui, si omnia
sic scripsi, nulli post Virgilium secundus, illius comes haberi, mereatur. Poe-
matum uatis huius edita sunt, *Aulicus* item ex Etrusco in Latinum,
Gallicum, Hispanicum, Anglicum et Germanicum, postea ser-
monem translatus. Floruit circa A. ∞ 10 xxi. [k]

Bartholomeus MARCHTALERVS, Ratisbonensis, in Aca-
demia Altorsina, Salana, Lugd. B., iuris studio, per biennium,
operatus, atque ex itinere Gallico domum reuersus, cum sum-
ptus ipsi, ad studia prosequenda decessent, artem cum Marte mu-
lauit, factusque signifer, postea comitis Ortenburgici, tum Leu-
ensteinensis, mox principis Virtembergici, consiliarius, po-
stremo Ratisbonae senator, deinde camerarius, tum aedilis, tan-

A 2

dem

[g] Vid. Melch. Adamius, Vitt. IC. p. 283, sqq. [b] Henn. VVittenius,
Diarii Biograph. P. I. [i] Poet. LL. VII, VI, 4, p. m. 797. [k] P.
Lotichius, d. l., p. 34, sqq.

dem militiae praefectus, et Hanseae comes, † A. 15 CL XII,
aet. LVI. [1]

Petrus RONSARDVS, Gallus, patre nobili et equite torquato,
A. 15 XXIIII, natus, in collegio Nauarreo, studiorum cau-
sa, commoratus aliquandiu, militiae nomen dedit, castris autem
relietis, A. 15 XLIII ad Lazarum Bayfium sese contulit, ab eo-
que per septennium in Graecis aequa, ac Latinis, literis fuit e-
ruditus. Sed, cum in primis studio delectaretur poeseos, Home-
rum, Pindarum, Lycophronem, Aristophanem et Horatium, in
Gallicam transtulit linguam. Ob poesin quatuor Galliarum re-
ges fauore sunt ipsum dignati, et, cum Carolo IX *Elegias* et o-
pus illud *Franciadis*, quod eius instinctu scribere cooperat, dedi-
cando consecrasset, monasterium ab eo Bellozanium, cum lautis
reditibus, dono accepit, quo melius Musis uacare posset, tan-
dem † A. 15 XXXV, aet. LXI. [m]

Baptista FVLGOSVS, quem alii *Campo Fulgosum*, Raph. au-
tem Volaterranus *Baptismum Fregosum* appellat, Perini [n], Genuen-
sis ducis, filius, Genuae dux fuit. Vir in primis mansuetus, bonus, armis
strenuus, manuque promptus, a Paulo Fregoso, cardinale, patruo suo, urbe
pulsus, ad leuandam animi, ob exilium, aegritudinem, totum se literis dedit,
et, imitatus *Valerium*, scripsit uernacula lingua ad Petri, filii, formandos ma-
res, de Dictis Factisque Memorabilibus Collectanea, quae ex ux-
ris autoribus excerpta, tantum ex *Valerio* titulos rerumque capita mu-
tuatus, exempla uerioresque res gestas, quas uel *Valerius* omisisset, uel,
quae post eius mortem audiuerisset, describens. Quod opus uarium sane, ius-
cundum et utile, *Camillus Gilinus* Latinitate donauit. Catalogus ad finem
libri numerat autores circiter centum et quadraginta, ex quibus haec colle-
ctanea sumpta sunt.

Franciscus FRANCHINVS, uel *Franchius*, Consentiae, in
Brutiis, natus, Caroli V, cuius ille castra fecutus est, in Algeriana
expeditione comes, eiusdem infastum periculosemque succe-
sum

[l] Vid. P. Freherus, in *Theatro*, p. 1159, sq. [m] Greg. Van Stoecken,
in *Thuano Enuci. T. II*, p. 249, sq., *Lotichius, d. l.*, p. 61, sqq., *Ioann. Iac.
Boissardi Icones*, *Freherus, d. l.*, 1478. [n] *Gesneriana Bibliotheca*, p.
130. *Conf. Possevius Appar. Sacr. T. I*, p. 168, *Cl. Thom. Crenius, Animad-
uers. P. XII*, p. 30.

sum carmine descriptis, postea a P. R., Iulio III, Massae ac Populoniae, in Etruria, praeful factus, in eadem dignitate † Romae A. ∞ 10 LIII, aetate non adeo prouecta. [o]

Georgius VVITHERS, Anglus, poeta, militiae senatus regni tribunus, † A. ∞ 10 C I XVII, aet. XXX. Edidit, sermone Anglico, *Poemata, Emblemata, Melanemata, Sermones, Meditationes.* [p]

Io. Baptista NANIVS, Italus, eques Venetus, ad Vrbanum IX, P. M., Ludouicum XIII, Gall. regem, et Ferdinandum III, Imperatorem, legatus, tum reipubl. patriae senator, tandemque ad D. Marci procurator ac praetor classis aduersum Turcos primarius, † A. ∞ 10 CLXXIX, aet. LXIII. Conscripsit Italice *Hystriam, de Rebus Venetis, Philosophiam Peripat. dogmaticam.* [q]

PHERERE CRATES, Atheniensis, cuius etiam meminit Plato, unus ex illorum numero, qui Atticistae dicti, ut Atheneaeus refert, Comoedias confecit complures, ab eoque *Pherecraticum* carmen nomen traxit. Fabulae eius censentur VII, quas inter *Myrmecanthropi*, h. e. *Formicomines*. Quidam, quorum in numero Suidas, eum Alexandro in bello affuisse, scribunt. [r]

Franciscus IMMAMVEL, Hispanus, Vlissiponensis, nobilis, tribunus legionis, conscripsit *Opera Moralia et Familiaria, Politicam Militarem, Coronam Tragicam, Histor. Cataloniae, etc.* † A. ∞ 10 CLXV. [s]

Alexander ACHILLES, Prussus, nobili genere procreatus, in Sarmatarum regis primum uersatus aula, eiusque ad Persarum regem legatus, equitum deinceps magister, posteaque a principe EL. Brandenburg. ad Cosaccos missus, multis per orientem confessis itineribus, † tandem Holmiae, in summa paupertate, A. C. 10 C LXXV, aet. XCI. Scriptis Germanice librum, *de Causis terrae ac maris moris*. Scriptum reliquit etiam *Consilium bellicum contra Turcos, Philosophiam, Physicam, etc.* [t]

Vilelmus Sallustius BARTASSIVS, in Ausciis, nobili genere, ortus, a puero statim studiis innutritus militaribus, ~~erorum feritatem~~, referente Thuano [u], dulci Musarum consortio ita temperauit,

A 3

[o] Vid. Van Stoecken, d. l., p. 69, Freherus, d. l., p. 1455. [p] Vittenius, d. l.

[q] Idem, ib. [r] Lil. Greg. Gyraldus, OO. T. II, p. 394. [s]

VVittenius, d. l. [t] Idem, ib. [u] G. van Stoecken, d. l.,

p. 103.

et eaque facilitate tam feliciter excelluit, ut, quanquam, uicio nationis, et puritate Gallici sermonis alienus, et inter arma et tubas, procul a doctorum commercio, adulterus, Hebdomade illa toties recusa, et ab aliis Latine et Italice certiam expressa, perillustre inter huius seculi poetas nomen meruerit, proximumque a P. Ronfardo locum tenere, a multis exigitur. Dum Iac. Gabio, Montignano, Prouinciae praefidi, in bello affiduam daret operam, equitum turmae praefectus, † A. 1590, aet. XLVI.

Georgius BVCHANANVS, in Leuinia, Scotiae prouincia, ad Blanum, amnem, in villa rustica, A. 1596, circa Cal. Februarias, natus, in iuuentute, ut aliquam sibi ex usu castrorum peritiam compararet, in bello uersatus est, paullo tamen post ad Musas reuersus, magno deinceps usui fuit orbi literato. Hic, non Scotiae solum suae, uerum totius quoque Britanniae M., sine dubio Phoenix, in poesi Horatius, in Historia Liuuius, patriae suae, atque in omnibus doctrinae spatis insigniter uerfatus, † A. 1622, aet. LXXVI. Scriptit *Paraphrasin poeticam in Psalmos*, *Tragediam seu Votum Iephthes*, *Baptistam*, *seu Calumniam*, *Franciscanum et Fratres*, *Elegg. L. I.*, *Syluarum L. I.*, *Hendecassillon L. I.*, *Epigrannatum LL. III.*, *Miscellaneorum L. I.*, *de Sphaera LL. V.*, *Euripidis, tragœdi*, *Medeam et Alcesten* carmine Latino reddidit, quae carmina deinceps omnia coniunctim sunt excusa. Praeterea uulgauit *Thomae Linacri Rudimenta Grammatica*, ex Anglico sermone in Latinum uersa, *Dilogum, de Iure Regni apud Scotos*, *Historiam Rerum Scoticarum*, LL. XX. [x]

Ludonius de PONTIS, Gallus, nobilis ex Prouincia, inter regis Gall. praefidarios procenturio, tum centurio, tandem Heluetiorum militum quaestor primarius, † A. 1617, aet. XCII, Reliquit Memoriam domini de Ponis, Gallice, Tomis II. [y]

Fran-

[x] Vid. Vita eius, quam ipse, biennio ante mortem, confecit, *Poematis eius praefixa*, I. P. Lotichius, d. l., p. 20, sqq., Van Stoecken, d. l., p. 90, Teissierius, Elogg. Thuan. T. I, p. 578, T. III, p. 296, Adr. Bailleti Iudicia, de Poetis, T. IV, P. III, p. 1338; Morerius et Baylius, in Diction., Menagiana, T. II, p. 12, Scaligeriana, p. 72, Cl. Io. Christoph. VVolfius Disp., de Carcere Eruditorum Museo, p. 15, sq. [y] VVittenius, d.l.

Franciscus MENDOZA, Hispanus, Marchio de Guadaleste et Arragoniae, Almirandus, Commendatarius de Valdepennas, in Cantatruae militia, regius oeconomus, Alberti, Austrii, Archioeconomus, militarium eius copiarum praefectus, legatus, tandemque Ecclesiae Segustianae praeful. Scripsit Genealogiam virginis Deiparae, Relationem legationis suae ad Caesarem, Archiduces et Poloniae regem. (z)

Emmanuel CHRYSOLORAS, miles Constantinopolitanus, ac Graecarum literarum, post septingentos annos, in Italia, instaurator, Venetiis eas, Florentiae, Romae, Ticini, professus, Grammaticam conscripsit Graecam, Epistolam item, de Comparatione veteris et nouae Romae, ad Imperat. Constant. Ioannem Palaeologum, et alias duas, de eodem argumento, ad Ioannem et Demetrium, Chrysoloras, editas a P. Lambecio, Graece et Lat., una cum Georg. Codino, † A. 1445, in ipso concilio Constantiensi, cui ut legatus intererat, ipsique Aeneas Silvius, in coenobio Constantieensi, posuit monumentum. (aa)

NEARCVS, poeta tragicus, Callisthenis amicus, etiam in Alexandrum fertur conspirasse. Fuit Alexandri miles, deque rebus ab eo gestis scripsit, in quibus, arguitur, nauis ductorem, i. e. nearchum, se falso iactasse, cum, teste Suida, gubernator tantum fuerit nauis. (bb)

Cassius SEVERVS, Parmensis, quem elegiacum carmen, et epigrammata panxit, neque a tragediarum absuisse studio. Grammatici tradunt antiqui, tribunumque fuisse militum, Geraldus [cc] refert. Hinc et Crinitus [dd], Relatus est, inquit, ex undem in aie uersatum et, pro Bruto et Cassio, strenue operam suam nauiss, quibus superatis, Aibenas se recepit ad studia literarum, ibique, dum in otio uersatur, a Quintil. Varo dicitur interfecitus. Valerius autem M. (ee) obitum eius aliter enarrat.

Hermannus HOFMANNVS, Francus, initio miles, deinde E. V. Doctor, tunc in aula Saxo Leoburgica, ac deinceps Brandenburgica, quae est Baruthi, a consiliis sanctioribus et aulicis,

(z) Vid. Idem ib. (aa) P. Iouius, in Elogg. Virorum doct., G. M. Koenigius, in Biblioth. V. et N. (bb) Geraldus, d. l., p. 395. (cc) I., p. p. 218, sq. (dd) d. I. III, 47. (ee) I, 7.

dicasterii item nobilioris afferor, † A. ∞ cxxxix, aet. LXXIII.
Inter scripta eius occurrunt, *Lycurgus*, *Germanorum moribus informatus*, sive *Commentar. in Octau. Pisanum*, *de Litibus Abbreviandis*, *Scientia graphica processus Iudicarii*, *seria et pia tractatio Iudicij et Iustitiae*, sive *theologico iuridica norma*, *de bene constitudo iudicio et legitime administranda iustitia*, *ad conciliandam pacem, eamque in orbe Christiano, ad consummationem usque seculi, conservandam.* (ff)

Virgilius MALVEZZVS, Italus, Bononiensis, *Marchio*, theologus, IC., mathematicus, medicus, musicus, Philologus, sub Philippo IV, Hispan. rege, miles. *Vulgavit Discursus in Tacitum, Historiam Politicam, de Persecutione Davidis, Imaginem Politici Christiani, Rationes, ob quas literati credantur non posse in aulis eminere, Romanum, Tarquinum Superbum, Alcibiadem, Coriolanum, eti.* [gg]

THEOPHANES LESBIVS, poeta et historicus Graecus, Pompeii amicus, in expeditionibus plerisque comes, factorumque ipsius enarrator. (bb)

LVCHI L VS, eques et poeta Romanorum peruetustus, idemque auunculus Pompeii M., † Olymp. CLXIX, aet. XLVI. In bello Numantino, sub Scipione Afric. miles, primusque carminis satyrici autor fuit. (ii)

Claudius RVTILIVS NVMANTIANVS, Gallus, vir consularis, urbis praefectus, tribunus militum et praefectus praetorio, Theodosio, iuniore, imperante, A. V. ∞ cxxix, A. G. cccc xvi, *de Rediu suo*, seu *Itinerarii*, LL. II elegis confecit, cuius tamen libri posterioris pars quaedam est amissa. (kk)

Caesar GERMANICVS, imperatorio procreatus sanguine, a Tiberio adoptatus, domi forisque fortissimus pariter, ac eruditissimus, heros. *Omnis*, ait Suetonius (ll), *Germanico corporis animique virtutes, et quantas nemini cuiquam contigisse, satis constat, formam et fortitudinem egregiam, ingenium in utroque eloquentiae doctrinaeque genere praezellens, benevolentiam singularem, conciliandaeque hominum gratias, ac promerendi amoris, mirum et efficax studium. Oravit causas etiam triumphalis, atque, inter cetera studiorum monumenta, reliquit et Co-*

(ff) Vid. VVittenius, d. l. (gg) Idem, ib. (bb) Vossius, de H. G. I, 23, de P. G., p. 69, sq. (ii) Gyraldus, d. l., p. 192, sq., Vossius, de P. L. p. 9, sq. Velleius P. II, 9, Quintilianus, X, I. (kk) Gyraldus, d. l. p. 432. (ll) Calig. c. 3.

moedies Graecas. Vtrum uero *Arius*, poetae Graeci, Φανερίας,
seu Apparitionum, translatio huius sit C Germanici, an uero al-
terius, controuerunt inter se docti. Antiochiae, iussu Tiberii,
ueneno sublatus esse e medio fertur, A. V. 10 CCLXXII, N. C.
xix, aet. XXXIII. (mm)

EVPOLIS, Atheniensis, poeta comicus, Olymp. XXCII, Apollodoro principe, floruit, bello Laconico militans, in Helle-
sponto naufragio periit, unde, teste Suida, decretum, ne poe-
tae castra deinceps sequerentur. Alii ab Alcibiade, alii ab illis,
in quos comoediam, *Baptus*, scriperat, in mare coniectum esse,
contendunt, alii uero id quidem concedunt, eum tamen euasis-
se, aiunt. Aelianus (nn) autem, in Aegina cum esse defun-
ctum, scribit.

Cornelius (oo) GALLVS, Foro Iuliensis, poeta Latinus,
cuius etiam Maro, Propertius aliique, faciunt mentionem,
Augusto fuit charissimus, eique insignem, bello Alexandrino,
praestitit operam, in quo, urbem Parmetonium a se captam,
contra M. Antonium strenue defendit, tandemque Aegypto,
in prouinciae formam redactae primus omnium est praefectus.
At, cum in odium Augusti uenisset, senatus sententia exilio
mulctatus est, quam quidem rem tam aegre tulit, ut sibi ipse, A.
V. C. 10 CCLXXIX, ante C. N. XXVI, aetatis XL, uel XLIII,
manus inferret. Mortuo autem Gallo, Augustus uicem eius
doluisse fertur. Poetam Graecum Euphorionem Latine transtulit,
amoresque suos, *de Cytheride*, LL. IIII, descripsit. Sex uero *Elegiae*,
quaesab Galli nomine circumferuntur, ipsis falso tribui, tradunt
eruditii. (pp)

P. Rutilius RVFVS, uel, ut a quibusdam uocatur, *Nautius*,
Romanus, A. V. 10 C. XLIX, olymp. CLXIIIX A. IIII, con-
sul Romae fuit, bello Numantino tribunus militum, neque in-
ter oratores solum, philosophos, iureconsultos, sed etiam hi-

B

sto.

(mm) Vid. Gyraldus, d. I., p. 271, sq., Crinitus III, 50, Cellarii Disserrt. f. p. 656,
sqq., Cl. Fabricius, d. I., p. 299 (nn) de Animalibus Conf. Vossius,
de P. G., p. 38. (oo) Strabo L. XVI, p. 780, et ad h. I. II. Casaubonus,
(pp) Suetonius, in Aug. c. 66, Gyraldus d. I., p. 210, sqq., Vossius, de
P. L., p. 25, sq., Cl. Fabricius, d. I., p. 251, sqq.

storicos, Ciceronis iudicio [qq], locum meretur. Ex orationibus eius duae ab antiquis celebrantur scriptoribus, altera de modo aedificiorum, altera pro L. Caerucio, ad populum. Confecit etiam libros de Vita sua, item Historiarum, Graecos item libros eum scripsisse, Athenaeus [rr] testatur. In exilium postea missus, Smyrnae, in literis consenuit Rufus. [ss]

Chiliensis BRASTBERGERVS, Virtembergicus, Tubingae primum studio iuris operam dedit, postea in Italiae et Galliae Academiis, per tempus aliquod, commoratus, Bohemiam, Daniam, Siciliam, Meletam, peragratus est, stipendia quoque ad Canisiam, a Turcorum Imperatore antea occupatam, in nobilium meruit cohorte. Domum reuersus, ab duce Virtembergico consiliarius aulae est constitutus, † Tubingae, A. ∞ 10 CXIII, aet. XLVI, ex tumore manus gangraena correptae. [tt]

MELITVS, Atheniensis, poeta tragicus, ὑπόψιχος, subfrigidus, a Graecis appellatus, cum Lycone et Anyto, Socrati, philosopho, sententiam tulit hauriendae cicutae. At, cum Athenienses inteligerent, magnum feso detrimentum morte Socratis cepisse, Melitum, referente Suida, obruerunt lapidibus, uel, ut Laertius scribit, morte affecerunt. A Graecis rhetoribus quoque annumeratur Melitus, ac, praeter fabulas, etiam περὶ τῆς θύτης librum confecit. Samiorum fuit Imperator, ac contra Sophoclem, poetam, nauali pugna conflixit, olymp. circiter XXCIII. [uu]

Remhardus Henr. a LAERBACH, Laerbaci, a quo familia eius nomen traxit, A. ∞ 10 LXXVII. natus, relicta, cum laude professorum, Academia Marpurgensi et lenensi, Mauritii, Landgrau Hassiae, militibus ascripsi, passus, perlustrata Gallia, Anglia et Palaestina, domam reuersus, Landgrauorum Hassiae legatus, in aula uero Darmstadiensi consiliarius, est constitutus, tandemque Marescallus in eadem aula, ac paullo post, dioecesos Russelheimensis praeses, factus, † A. ∞ 10 CXVII, aet. XL. [xx]

Geor.

[qq] in Bruto. [rr] Dipnosoph. III. [ss] P. Orosius, V, 16, Ouidius, de Ponto, I, 4. Conf. Vossius, de H. G., I, 22, de H. L., I, 9. [tt] Freherus, d. I., p. 1105. [uu] Gyraldus, d. I., p. 386, [xx] Freherus, d. I., p. 1105, sq.

Georgius ab HAVNOLD, Leoberga Silesius, S.P.Q. Vratislauiensis primarius reibelliae praefectus, vir genere, armis, literis, meritis in rem publicam, clarus, † Vratislauiae, A. 10 CXXVI, aet. LXIX. (yy)

Ludouicus MEDIAROTA, A. 10 CCCCII, natus, sub Eugenio III, P.M., militum praefectus strenuus pariter, ac doctus, postea, inter purpuratos cooptatus, Ecclesiae R. Cancellarius, ac deinde Aquileiensis Patriarcha, tandemque ab senatu Veneto patritiis ascriptus, † A. 10 CCCC LXIII, aet. LXI. (zz)

Adamus BIELSKY a Biliz, Bilici, in Silesia, natus, *ingenium* (aaa) habebat ad omnia uersatile, *iudicium acre*, *memoriam promptam* ac *zenacem*. Propter iuris iurisque scientiam, quae ei erat loco uiatici, poesin quoque haud infelicitate attigerat, in oratione soluta tali, ut nec elegantiam, nec eruditonem, desiderares. Moribus et facilimis, et ad omnem uitae consuetudinem appositis, ut non minus uideretur natus Graecis, quam Musis, equestri autem ordini, D. Matihiae Casparis autoritate, a scriptus. Inde, cum, feruente iam bello, militiae laudem studiorum gloriae adiungere coepisset, in ipsis castris maligna febri correptus, † A. 10 CXIX, aet. XXXVI.

Oto Villemus a KOENIGSMARC, comes in Vesteruic et Stegholm, dynasta in Rotenburg et Neuhan, etc., in Sueonum regis aula primum *camerarius*, deinde *campimareschallus* primarius, & per Pomeraniam gubernator, tandem reipubl. Venetae dux bellicus contra Turcos. Ordinis quoque fructiferi focus, cognomento der Hochgeneigte. Extat eius *Oraio*, de *Derrimentiis*, quae respubl., viris literis defectas, sequantur, in Acad. Lips. habita, † A. 10 CXXCHIX. (bbb)

Baptista, seu, ut alii malunt, *Baribol*, **PLATINA**, a uico natali sic appellatus, alio nomine *Sacbus*, Cremonensis, R. Volaterrano iudice, vir grauis fuit et procul mendacio, eoque admiratione dignior, quod, iam proœcta aetate, ac tirocinio posito, quod to-

B 2 rum

(yy) Vid. Conradi Silesia Tog p. 108, I.C. Eberti Leoninum Erud., p. 16 (zz)

Tomasini Elogg. T. I, p. 13, sq., Freherus, d. I, p. 20. (aaa) Nicol. He-

nelli Silesiograph. Renouata, c. 7, p. 39, sq. (bbb) VVittenius, d. I, p. II,

S. Ven, D. G. H. Goezii Princeps Graecæ doctus, p. 32, sqq.

sum militiae prius tradiderat, lueras didicere. Sexto IIII, P. M., fuit
a Bibliotheca, † A. ̄ cccc xxci, morbo pestilenti. Conscriptis
Vitas Pontificum R., inde a Petro, usque ad Paulum II, a quo in ca-
tenas est coniectus, in iisque menses quatuor detentus Librum
praeterea confecit de Principe, Opus LL X, de honesta uoluptate et
ualitudine, Historiae Mantuanae, LL VI, de Naturis Rerum L. I,
Epistolarum ad diuersos L. I, Dialogum ad Ludou. Stellum, Mantuanum,
contra amores, de optimo Cive Dial. II, Panegy. in laudem Beffarionis,
episc. Sabini, cardinalis Nicaeni et patriarchae Constantinopol. Oratio-
nem ad Paulum II, P. M., de pace Italiae componenda, atque de bello
Turcis indicendo, &c. (cc)

PHILISTVS, Naucratita, uel, ut alii, Syracusanus, Eueni,
elegiaci poetae discipulus, diu Syracusis commoratus, et a
Dionysio, maio re, arcis praefectus. Cum, inscio tyranno, fi-
liam Leptinae, Dionysii fratri, in matrimonium duxisset, a
Dionysio Sicilia electus, Adriam se contulit, ibique historiam
maxima ex parte confecisse uidetur Post, a iuniore Dionysio,
reuocatus, Dione bellum Dionysio, minori, inferente, Philistus
magna cum classe ex Iapygia suppeditas ei quidem tulit, infelici ta-
men successu pugnauit. De morte eius non conuenit inter scri-
ptores. Teste Suida, primus, ex arte oratoria, Historias condidit,
Aegyptiaca, LL. XII, Res Siculas, LL. XI, de Dionysio, tyranno, LL. VI, de
Lybia et Syria quaedam. Arsem Rhetoricam, Orationes. (ddd)

LOTHARIUS, Francorum rex, quartus ab Clodo-
uaeo, qui primus gentem hanc conuerit ad Dei cultum,
patientiae dediuus, literis eruditus, simens DEVVM, ecclesiarum et sa-
cerdotum magnus dictator, pauperibus eleemosynam tribuens, benignus se,
in omnibusque pietate plenus, ostendens, belligator insignis, uena-
tionibus ferarum nimis assidue uetus. † regni sui A. XLV. (eee)

Stephanus CLERICVS, Geneuensis, initio miles, artis postea
salutaris Doctor, atque in Academia patria per xx. annos Graec.
lite.

(ccc) Vid. Gesnerus, d. I., Koenigius, d. I (ddd) Vossius, de H. G. I, 6. (eee)
Cl. B. G. Struui Collectanea MSS., p. 53, ubi haec uerba ex Gestis
Dagoberti, Regis Franc., a S. Dionysio, monacho, conscriptis, prefest.

literarum professor, tum reipubl. eiusdem senator, † A. 10 156
LXXVI, aet. LXXVII. Opera eius, quibus et uita eius praefixa, pro-
dierunt, Amstelod. A. 1685. (fff)

De MERE, Gallus, patre equite regio ordinis, a Spiritu S.
nomen adepti, ortus, in aula principis Condaei, ab ineunte
propemodum aerae, uersatus, aetate non adeo prouecta, com-
pluribus pugnis interfuit natalibus, uariisque et ingenii, et
doctrinae, scriptis dotes comprobavit, delectatus potissimum
linguis, atque eadem facilitate Homerum, Platoneum, Plutar-
chum, qua libros, patria lingua conscriptos, legit, in aula et-
iam cum praestantissimis quibusque uersatus uiris. Tandem,
aulae pertaesus, ad sua se prædia contulit, in quibus magno
iam natu †. (ggg)

Franc. Espinacœ SANLVCIVS, nobilis Gallus, diu multumque
in bello strenue uersatus. Britanniae, posteaque Picardiae, a Gal-
liarum rege, prorex, nec ita multo post, rei tormentariae præ-
fectus primarius, qui honor inter primarios amplissimosque,
in Gallia, t. t. habebatur, est constitutus. † ante annum aet. L,
capite ipsius ab Hispanis ictu globi transfixo. *Scripta inter alia*,
referente Sammarthano (bbb), pario lepore, multos uersus perele-
gantes, et his floribus adornatos, qui Ronjardi, Portaci, ceterorumque
primæ classis postarum, scripta penitus redolerent. Inchoauit etiam as-
paene perfectis accuratis, de re militari, *Commentarios*, et abhöllissef,
nisi, quae superuenere bella, hominem, laudis cupiditate ardorem, ad
alii studia conuerterent.

AGNELLVS, miles primum et uxoratus, deinde uero, circa A. 10 LXVI, *Diaconus*, tandemque *archiepis opus*, Rauennæ fa-
etus, † A. 10 LX, aet. xciii (iii)

Arnoldus CLAPMARIUS, Bremensis, Germania, Anglia
Belgio aliisque prouinciis peragratis, eaque occasione inter-

B; dum

(fff) Vid VVittenius, d I. P. I. / (ggg) Monatl. Auszüge A. 1701, m. Apr. p. 60,
Iqq. Bü. ber-Saal, P. I. p. 132. (bbb), Elogg Doct. in Gallia Virorum L. V.,
p. 113, sqq. (iii) Agnelli Vitæ Pontif. Rauenmatum, Bucher-Saal, p.
225, sq.

dum castra secutus est, Altorfi Historiarum primum, et deinde
de Politices, Prof. est constitutus, † A. ∞ 10 ciii, aet. xxxi.
Scripsit de Arcanis Rerumpubl. libram, non nulla item alia scripta
in schedis reliquit. [kkk]

VLDARICVS, Christiani iiiii, Dan. regis, filius, Hafniae ortus,
Sueonum per aliquod temporis spatium, in Prussia, castra se-
cutus, deinceps, cum Io. Georgii, principis El. Saxonis, eque-
stribus copiis, aduersus Imperat. bellantibus, in Silesia, praes-
esset, a percussore quodam, A. ∞ 10 cxxxiii, aet. xxii, globo
traiectus. Edidit Strigilim Vitiorum, Hafniae, 1631, in 4. (III)

Ioannes ABGILLVS, filius regis cuiusdam Frisorum, exem-
pli uitiae adeo eluxit, ut cognomen presbyteri fuerit adeptus.
Comitatus est Carolum M. in Palaestinam, Hierosolymisque
captis, et, Carolo M. in Germaniam reuerso, ad Indos profe-
ctus, ubi magnos fecit progressus, et condito regis Abyssino-
rum imperio, quod ab hoc Frisone Ioanne presbyteri Ioannis
uulgo appellatur. Scripsit Commentarium, de Expeditione Caroli
M. in Terram S., de Expeditione item sua ad Indos, de Indiae situ ac
gentibus diuersis. (mmm)

Hieronymus ARCONATVS, Leobergae, in Silesia, A. ∞ 10
ciii, natus, cum adolescens studiis, quibus ad humanitatem in-
formamur, operam dedisset, aetate prouectior, omnia Euro-
pae, multa Asiae, perlustrauit regna. In Neapolitano regno,
in Creta et Britannia, militauit, deinceps quoque Imperato-
ris legatis ad Turcorum Imperatorem additus comes, Constan-
tinopoli nec semel, et bene diu, commoratus. Tandem Im-
peratori Rom. ab literis fuit bellicis, quodque reliquum fuit ui-
tae, in Vindobonensi pariter, ac Pragensi, aula consumpsit.
Poetam fuisse haud inelegantem, uerba comprobant C. Sue-
ui, sic scribentis. Arconati si poemata uel oculorum fide arbitratus
fueris, nae, sponte tua, poetis cum accensebis, et, quod in laude prima

eſt,

(kkk) Vid. M. D. Omeifsi Gloria Acad. Altorf. p. 100, sq. p. 105, sq., Cl. Iac.

Frid. Reimanni Einleitung in die H.L.G.P. IIII, 3 Hauptft., p. 105. (III) Cl.

Io. Mollerii Bibl. Septentr. Erud. p. 464, (mmm) Vossius, de H. L. II,
32, Baylius, d. L.

est, iis, qui ab augusti illius seculi muninibus non adeo abierunt, In Heroico quidem mollior est, in Elegiaco ualde elegans, rotundus, in Hencdec syllabis suavis et facilis, ut fusi uideantur, non fabricati, in ambo-bus lepidus, argutus, facetus, etc. + A. c. 10 xcix, iii Cal. Quint.

[unn]

ORBILIVS PVPILLVS, Beneuentanus, primo apparit. sm, ut Suetonius [ooo] refert, magistratus fecit, deinde in Mucedonia corniculo, mox equo, meruit. Militia autem relicta, ad literarum studia, quibus, iam a pueris inde, non mediocriter erat tinctus, rediit, easque aliquandiu in patria docuit, atque, anno aetatis quinquagesimo, Romam adiit, ibique maiore fama, quam emolumento, Grammaticam est professus. Ad centesimum prope aetatis annum uitam produxit, filiumque, item Grammat. profess., superstitem reliquit. Edidit librum, quem inscripsit *Perialogon*.

Alexander GVAGNINVS, Polonus, Lateranensis Palatii comes, eques auratus et militum, in bellis Liuonicis, Moldauicis, Russicis, praefectus, + Cracouiae, A. c. 10 cxiii, aet. LXVI. Confecit *Chronicon Polonicum*, postea a Mart. Pascoio in linguam Polon. translatum. [PPP]

Remigius BELLAQVA, Nogenti, Vnellorum oppido, in Gallia, natus, arti et Marti deditus, poeta item haud spernendus, poemata non pauca scripsit, atque Anacreontis odas carmine Gallico reddidit, + non adeo senex. [qqq]

Samuel PRZIPCOVIVS, eques Polonus, religione Socinius, eamque ob causam patria pulsus, Prussiam adiit, ibique consiliarii honore a principe El., et principe Radziwilio, est ornatus, A. c. 10 cxx, aet. i xxix, +, cum iam in eo esset, ut iterum in exilium mitteretur. Potiorem uitae partem (septuagenarius enim adhuc miles fuit) in militia consumpsit. Anno aetatis duodecimmo, cum studiorum causa, Lugd. B. comoraretur, de *Pace et Concordia librum*, et contra Dan. Heinsii *Sætyram*,

[nnn] Vid. Henelius, d. l., p. 259. [ooo] de Illustr. Grammaticis c. 9. [PPP]

VVittemius, d. l., Baylius, d. l. (qqq) Sammarthanus, d. l., LIII,

p. 12.

*tyram, Cras credo, bodis nibil, defensionem, scripsit. Cogitationes eius
sacrae, ad initium Euang. Matthei, et omnes Epistolas Apostol, et Tra-
tatus uarii argumenti, praeccipue, de Iure Christiani magistratus, Elec-
theropol, A. 1672, inf, sunt excusae (rrr)*

*Io. Georgius NICOLAI, Dresenae natus. praeter alias artes
et scientias, Mathesi quoque militari a patre consecratus, cu-
ius etiam specimina haud una, coram Io. Georgio I, principe
El. Saxone, edidit, nec sine singulari plausu. Rebus ad archi-
tecturam militarem spectantibus deinceps est praefectus,
nominatim ad Limburgum, in cuius expugnatione urbis o-
pera eius magni fuit. Quod connubium Palladis cum Marte,
occasione bellici, in Germania tumultus, conciliatum fuisse ui-
detur. Relicta Pallade armata, ad togatam sese retulit, ac,
circa A. 80 10 exi vi, I. V. Doctor creatus, tandem aliis post
alia functus muneribus, A. 80 10 xxvii, ad consilia senatus
saci, paterni imitatione exempli, euectus, † A. 80 10 cxc, aet.
LXXII. (sss)*

*Omo VAENIVS, Lugdun. B., pictor Antuerpiensis, exercitus
primum regii, in Belgio, castrorum metator, posteaque mo-
netariae rei praefectus Bruxellensis, edidit *Emblemata Horatiana*,
Emblemata amoris divini atque humani, *Vitam S. Thomae Aquinatis*, *Bel-
lum Batavorum cum Romanis*, ex Tacito, *Historiam Hispan. VII Infan-
tium*, *Emblemata ducenta principibus, viris ecclesiasticis, militaribus et
liisque, usurpanda, Conclusiones Theolog. et Physicas*, de primariis fidei
capitibus, atque in primis de Praedestinatione. † A. 80 10 CXXIX. (tt)*

*Franciscus ALVARESIVS, de Ribera, Hispanus, miles, Orbitali
praefectus, praefidiorum deinde Tusciae iudex, postea
praeses camerae regiae primarius, senator hinc Neapolitanus,
mox Cancelleriae regens, in Madritensi rerum Italicarum consi-
lio senator, sacerdos tandem et *Canonicus Salmanticensis*, † Pin-
ciae, A. 80 10 cv, aet. LXXV. Scripsit pro rege *Philippo II*, *Respon-
sum, de successione regni Portugalliae*. (uuu)*

Chri.

(rrr) Vid. Sandii Bibl. Antitrinit., Acta Erudit. Lips. A. 1692, p. 414, sq.

*(sss) V. E. Tenzelli Coll. Menstrua, A. 1696, p. 33, sq. (tt) VVittenius,
d. l. (uuu) Idem, ib.*

Christophorus RADZIVILIUS, dux Bircensis et Dubinciensis,
S. R. I. princeps, senator regius Vildensis, in Lithuania, legatus
militaris et administrator Mohilouensis, etc. Eius *Peregrinatio*
Hierosolymitana Polon, et Lat. semel iterumque edita est. †

A. oo 10 C XL. (xxx)

Georgius RIMPLERVS, Saxo, legionis Caesareanae protribunus, et architectus militaris primus, † in obsidione Vindobonensi,
A. oo 10 C LXXXIII. globo traiectus. Scriptis *Propugnaculum suum*, sive *Fundamentum Fortificationis et Defensionis*. (yyy)

10. *Balthasar SCHVPPIVS*, Gilla Hassus, in Acad. pri-
mum Rostochiensi et Marpurgensi Philos. Professor, deinde,
A. oo 10 C XLV, Theol. Doctor creatus, et Ioannis, Hassiae
Landgrauii, concionator aulicus, finitimique tractus antistes
constitutus, Braubachium iuit, tandem Hamburgi, ad D.
Iacobi, Pastor. Iuuenis, in itinere, Gryphisualdae miles factus est.
† A. oo 11 C LXI, aet. LI. Scripta eius *Germanica*, *Orationes item*
Latinae, coniunctim prodierunt. (zzz)

Broderus RAELAMB, Suecus, L.B., sub cohorte praesidiariorum
militum, A. oo 10 C XCII, signifer, postea centurio, deinde inter
regios corporis custodes receptus, habuit ediditque *Orat.*, in
funere Hedewigis Eleonorae Flemmingiae, *Panegyr. Valedictor.* ad Acad.
Upsiloniensis pares et cives, *Orat.* in funere Caroli Baeae, cum, in si-
gnum extinctae illustris familie Baeaeianae, ipsius insignia, ritu lugubris,
juxta sepulchrum frangerentur. (aaaa)

Franciscus BARBARVS, patritius Venetus, Em. Chrysolorae,
Byzantini philosophi, in literis Graecis discipulus, philoso-
phus et in utraque lingua orator praeclarus, gubernator item
Bressii, quam urbem contra ducem Mediolanensem defendit.
Scriptis de *Re Vxorii* LL II, *Epistolarum* LL XVI, *Orationes aliquot*,
Vitam quoque Aristidis, M. Catonis, aliorumque illustr. virorum, ex
Plutarcho Latine reddidit. † A. oo CCCCLIII. (bbbb)

C

AN-

(xxx) Idem, ib., P. II. (yyy) idem, ib., P. I. (zzz) *Freherus*, d. I.,
p. 628, sq. (aaaa) *Holmia Liter.*, p. 76. (bbbb) *Gesnerus*, d. I.,
Baylius, d. I.

ANGELVS a S. IOANNE, IC. et miles, cuius extat *liber Antiparadoxorum Iuris civilis*, aduersus Andr. Alciatum, item Monachia, paradoxis expedita, ad Card. Perrenotum, Opus Confliorum, ad senatum Mecklinensem. (cccc)

Petrus GILLIVS, Albiensis Gallus, et humaniorum literarum, et philosophiae, praesertim naturalis, bene peritus, a Francisco I, Gall. rege, cum in eo esset, ut Bibliothecam conderet, in Graeciam pariter, ac Asiam, emissus, ut Codd. Graecos compararet, eosque secum in Galliam asportaret. At ea res infeliciter ipse cessit, Persarum quippe castra sequi coacto. A Gerbensibus tandem captus piratis, atque in Africano littore aliquandiu in vinculis retentus, donec ab Armeniaco, purpurato, in libertatem restitueretur, † apud eundem Romae. (dddd)

Ianus DVBRAVIVS, Pelsinae, in Bohemia, ortus, initio Scalae cognomen habuit, sed, equestri dignitate ornatus, *Dubravskij* dictus, in Italiae Gymnasio operam literis ita dedit, ut Iurium Doctor crearetur. Domum reuersus, Stanislao Thurzoni, Olomucensium praesuli, in consiliis, et rebus gerendis, praefecto fuit. Cum Vindobona ob sideretur a Turcis, dux copiarum fuit Polon. R., Stanislai, Imperatorem Vasallorum eius, auxiliantibus Morauis, strenuum se gerens. Mortuo autem Stanislao, ab Imperatore Ferdinando *episcopus est* Olo mucensis constitutus, uariaisque deinceps, iussu Caesaris, obiit legationes, † A. 10 LIII, apoplexia, episc. sui X. Scripsit, interalia, *Historiam Bohemicam*, *L. de Piscinis*, etc. (eeee)

Achatius RALAMB, Suecus, regii senatoris filius, L. B., legonis militaris legatus, edidit *Opus*, quod inscribitur, *Exercitium noble*, pluribus constans uoluminibus, *Librum de Ratione Horum instruendi, Tacheographiam*, seu *Artem varii modis compendiose et celeriter scribendi*, cum characteribus, *Indicem noctene omnium naualium*, Sue-

(cccc) Helleruordii Bibl. Curiosa. [ddid] Sammarthanus, d. I, p. 19, C. Tollius, de Infel. Lit, p. m. 53, sqq., edit. Menckianac [eeee] Struuii Thesaurus uariae erudit., s. Bibl. Antiq. P. II, p. 134, sq.

Suetice, Germ. et Lat., Syllogen usiorum trattatum, in usum praecopue iter facientium, uel ruri habitantium. [ffff]

Hermannus FLEMMINGIVS, primum equitum magister, deinde, A. 100 xxvii, Sudermanniae legifer. Habuit Orat. de Incremento regni Sueo Gotbici, sub auspiciis linea Guftauanae, mirabiliter sumpto, in Acad. Londinenſ, Disputat. item, de statu hominum Naturali. bab. Francof. [gggg]

Israei HOLMSTROEM, Holmiensis, nobilis, in regia initio cancellaria cancellista, deinde registrator, tum, A. cccio cxcvii, militiae iudex primarius, tandem consiliarius bellicus, Poema, in obitum Vl. Eleonorae, it Caroli XI, regis, in undionem regiam Caroli XII, recitauit, posteaque vulgauit. [bbbb]

Io. Magnus OLIVEBLADH, nobilis, signifer cohortis Sueorum regis praetorianae, habuit Panegyrin in Natalem principis hereditarii Caroli, Vpsalitiae, Disp. item de Poenarum indole et necessitate in societate civili. [iii]

Adamus Ludouicus LEYONHVVDH, comes de Raseborg et Falckenstein, uigiliarum praefectus primarius, copiarumque in Curlandia dux summus, atque prouinciae eiusdem vice gubernator, tum gubernator arcis ciuitatisque Rigenſis. Habuit Disp. Rostochii, A. 1682, de Maioribus Maieſtatis Iuribus. [kkkk]

Michael MIEITHVS, Saxo, in Imperatoris exercitu contra Turcos centurio tormentarius et pyrotechnicus primarius, in obſidione Budensi, A. cij 10 cxxvi, interfectus. Scripsit Germ. Praxin recentiore Artilieriæ. [lll]

Guillenus Ramon de MONCADA, Hispanus, Marchio Aitonae, eques ordinis Calatravae, in bello contra Catalaunos praefectus copiarum primarius, Galliarum item prorex, Philippo, regi Hisp., a cubiculo, deinde reginae hipparchus, tandem archieconomus, siue magnus regiae domus magister. Edidit Discursum militarem, de quibusdam inconuenientiis in militia huius temporis, et ipsius malis remedii. [mmmm]

C 3

Hilde-

[ffff] Holmia Lit., p. 39, sq [gggg] ib., p. 67. [bbbb] ib., p. 70. [iii] ib., p. 98. [kkkk] ib., p. 71. [lll] VVittenius, d. I. [mmmm] Id., ib.

Hildebrandus ab HORN, Chilonii natus, in eloquentia, poesi, lingua Lat., Germanica, Gallica, Etrusca, Mathesi ciuili, miliari, nauticae, mechanicae, artibus, historia item et prudentia ciuili, probe uersatus, ab Christiano V, Dan. ac Noruag. rege, bis in Russiam est missus, posteaque in Graeciam, Venetorum in castris pugnatum iuit, ubi inter Melitenses equites peregrini equitis honore affectus, expugnationi quoque Cerones et Naupliae interfuit, † A. ∞ 10 cxxvi, aet. xxxi, in Cythera, insula, tumulo illatus. Sebast. Kortholtus iter eius Moeſouiticum, Chilonii, in 4, emisit. [nnnn]

Claudius PRYTZ, nobilis, Holmiae, A. ∞ 10 cli, ortus, Russia ac Polonia peragrata, in patria primum conductor, sub statu fortificationis Rigenfi, tum uexillifer in Iemertia, postea centurio, sub quibusdam copiis Belgicis, deinde, in urbe Vimariensi, sub centurio, et paullo post centurio, tandem, legionis equestris maior. Pace uero, A. ∞ 10 clxxxix, cum Danis, facta, renuntiare militari uitae coactus, literis aliisque studiis liberalibus totum se se dedit, ac uaria conscripsit. [oooo]

Ioannes Cysim. COLBIVS de VVartenberg, natus A. ∞ 10 lxxxiii, aetate prima literis se se dedit, posteaque, A. ∞ 10 chii, Galliam, Etruriam, Anglicam, Belgium, aliasque regiones, adiit, in Italia uero a magno Etruriae duce cohorti praetorianae praefectus, eo munere per triennium est functus. Deinde, a principe El. Palatino, Friderico III, A. ∞ 10 cix, consiliarii et cubicularii honore ornatus, idem munus sub eius filio administravit, a quo etiam Strombergae praefectus, posteaque adiutarius seu iudex est Brettenae factus, tum rerum militarium ephorus et arbiter, crebroque legatus. Tandem, ab exilio, in quod bellum expulerat ipsum, redux, sibi soli uiuere decreuerat, uerum, Ludou. Philippo, principe Palatino Simmerensi, mortuo, precibus uiduae ipsius locum relinques, consiliarii sanctioris et vicarii dignitatem Luterae Caefareae suscepit, in qua etiam, A. 10 10 cxi, †, aet. lxxi. Scriptis Vaeterliche Instruktion an seine Kinder, qui liber tertium, et auctior, prodiit, Berolini, A. 1704, in 4. [pppp] At- [nnnn] Noua Liter Maris Balth. A. 1702, p. 204. [oooo] Holmia Lit. p. 73. [pppp] Noua Lit. Germ. A. 1704, p. 205, sqq.

Atque hi sunt, L. B., quos in hac disputatione, spectandos
tibi praebere uolui, Milites Eruditi, nominatim *Innocentius*
XI., *P. M.*, *Martinus*, *Epist.*, *I. Pannionius*, *N. Istunnus*, *P. Beitratus*, *I. V.*
Imperialis, *B. Castilianens*, *B. Marchtalerus*, *P. Ronfardus*, *B. Fulgo-*
sus, *F. Franchinus*, *G. VVithers*, *I. B. Narius*, *Pherecrates*, *F. Imma-*
nuel, *A. Achilles*, *V. S. Bartassius*, *G. Buchananus*, *L. de Pontis*, *F.*
Mendoza, *E. Chrysoloras*, *Nearchus*, *C. Seuerus*, *H. Hofmannus*, *V.*
Maltezzus, *Theophanes Lefsius*, *Lucilius*, *C. Rutilius Numant*, *C.*
Germanicus, *Eupolis*, *C. Gallus*, *P. Rutilius Rufus*, *C. Braßberger*, *Me-*
litius, *R. H. a Laerbach*, *G. ab Haunold*, *L. Mediariota*, *A. Bielski*, *O.*
V. a Koenigsmarc, *B. Platina*, *Philistus*, *Lotbarius*, *Franc. rex*, *S. Cle-*
rius, *de Mere*, *F. E. Sanlucius*, *Agnellus*, *A. Clapmarius*, *Vldaricus*,
princ. regius, *I. Abgillus*, *H. Arconatus*, *Orbilius Papillus*, *Al. Guaguinus*,
R. Bellaqua, *S. Przipecouius*, *I. G. Nicolai*, *O. Vaenius*, *F. Aluarehus*,
C. Radziuilius, *G. Rimplerus*, *I. B. Schuppius*, *B. Ralamb*, *F. Barbarus*,
Ang. a S. Ioanne, *P. Gillius*, *I. Dubrauius*, *A. Raelamb*, *H. Fleramingius*,
I. Helmst. oem, *I. M. Olineblaab*, *A. L. Leyonbufudb*, *M. Mietbius*, *G.*
Ramon de Moncada, *H. ab Horn*, *C. Prytz*, *I. C. Colbius de VVartem-*
berg, quibus si lllos, in superiori disputatione recensitos, addas,
numero centum, seu mavis, Centuriam, habebis. Neque ue-
ro non plures enumerari potuissent, e. c., *Io. Paulus Alciatus* [a],
Andr. Ammonius [b], *Aldringerus* (c), *Andr. Matth. Aquauua* (d), *Ge-*
org. Blifa [e], *Blasius Capisuchi* [f], *Camillus Capisuchi* [g], *Cimon* [h],
Phil. Marinixius [i], *Honoratus Meynier* [k], *de Artagnan* [l], *Elias Ar-*
eissieu [m], *Dan. Auberius* [n], *Isaacus Bickerstaf* [o], *Bourdonnius* (p),
Buiffonius (q), *Ch. villonius* (r), *Stan. Cicouius* (s), *Cotas*, seu *Cotta* (t),
Himilco (u), *C. Fannius* (x), *Haitonus* (y), *Chytrac. Morstinius*, (z)

Georg.

- (a) *Baylius*, d. I., T. I. (b) *Idem*, ib. (c) *Id.*, ib. (d) *Id.*, ib. (e) *Id.*, ib.
(f) *Idem*, ib. (g) *Id.*, ib. (h) *Idem*, ib. (i) *Idem*, ib., T. III. (k) *Id.*,
ib., T. II. (l) *Monatl. Auszuge*, A. 1700. p. 410. (m) *Sandius*, d. I.,
(n) *Anillonii Memoir.* (o) *Acta Erud. Germ. P. I.*, p. 141. (p) *Co-*
lomesii OO., p. 818. (q) *Cl. Fabricii Isagoge in Notit. Scriptorum*
Hist. Gall., p. 28. (r) *Colomesius*, d. I., p. 822. (s) *Sandius*, d. I.
(t) *Mallincretii Paralip. de H. G.*, p. 31, ed. *Fabric.* (u) *Ibid.*, p. 141.
(x) *B. ylius*, d. I. (y) *Chytraci Chronol. Herod. et Thucyd.* p. 43; *Moreni*
Dict. in uoc. Hatton. (z) *Sandius*, d. I., p. 95.

Georg. Niemericius [aa], Hieron. Osorius [bb], Io. Rojas [cc], Po-
lyenus [dd], Henr. Lud. Rupipozacu [ee], de Sparre [ff], Achilles Stas-
sius [gg], Gorfias Lassus de la Vega [hh], Ericus Dahlberg, comes [ii],
Dan, a Stange [kk], Surirey [ll], de Conflans [mm], io. Christ. de
VVolffsburg [nn], Io. Lou. Pontanus [oo], Henr. Mirulaeus [pp], Staribaterus
[qq], Frane. Noseus [rr], Io. Phocas [ss], aliquae plures. (tt)
Sed, cum iam L. B., non uacet, solis eorum nominibus erit
contentus, breuique a me singulare de hoc argumento, si DEVS
vitam concesserit, Schediafma expectabis, ubi et facie noua, et
literarum ordine, Centuria haec in lucem prodibit. Interim
de hoc qualicunque labore meo aequum facies iudicium, et, si
qua in re forsitan aberrauerim, pro ea, quae homines decet,
humanitate, ignoscet.

(aa) Idem, ib. (bb) Schottus d. I., p. 528. (cc) Id., ib., p. 576. (dd)
Baylius, d. I., T. III. (ee) Idem, ib. (ff) Noua Liter. Germ. A.
1708, p. 296, sq. (gg) Schottus, d. I., p. 483. (hh) Idem, ib., p. 579,
sqq. (ii) Pernauia Liter. (kk) Henelii Silesia Tog., L. II, n. 13, et ex
ea Meissnerus, in Equit. Siles. honoribus Acad. fulgent. Dec. I,
n. 10. (ll) Noua Lit. Germ. A. 1708, p. 455. (mm) ibid., p. 302. (nn)
Ibid., A. 1709, p. 17, sqq. (oo) Freherus, d. I., p. 1433. (pp) Lotichius,
d. I., P. III, p. 103, sqq. (qq) Cl. Mollerus, d. I., (rr) Sammarthanus,
d. I., L. III, p. 75. (ss) Halleruordius, d. I. (tt) Conf.
Cl. Io. Henr. von Seelen, in Oratione, de Praecocibus Erud., p. 33,
ubi plura Erud. Militum nomina recensentur. VVolfg. quo-
que Crugerus, Eccl. Turnauiensis sacerdos, Catalogum Mille Vi-
torum, Marte et Arte Illustrum, Erfurti,
A. 1627, 4, emisit.





FLORENTISSIMO HUMANISSIMO QVE
RESPONDENTI SVO

S. D


PRAESES

Quisquis in Academiis, studiorum causa, com-
moratur, omnem mouere debet lapidem, ne
otio indulget, sed, ut diuinis pariter, ac hu-
manis, literarum studiis mentem animumque im-
buat, ac tales in iis progressiones faciat, ut diui-
no tandem Numini uel in puriore eius coetu, uel
in republica, uel alio in munere, magno cum fru-
ctu possit inseruire. Ea enim de causa conditus est
homo, ne sibi uiuat soli, sed aliis quoque, pro ui-
ribus, praefet commoda, dotesque diuinitus sibi
conceditas, bene ac prudenter explicare annita-
tur. Omnino autem mecum, Amice aestimatis-
fime,



QKTA 7045

sime , sentis , et re atque exemplo comprobas , te ,
per id tempus , quo hac in Academia degis , opti-
me tempus collocasse , dum , quas alii nihil agendo per-
dunt horas , has tu optimis quibusque artibus imper-
tiris . Sicut enim suum strenuus miles ducem in o-
mnibus imitari studet , ita etiam tu viros doctrina p-
raestantissimos elegisti , ut uerae solidaeque eruditionis
uiam inires , atque , expugnata barbaria , mili-
tiae tuae fructum auferres . Plura te maiora-
que , nisi me omnia fallunt , honoris diligentiaeque
praemia manent , si cursum , semel coeptum , non
intermittas , aequabilique contentione ad metam per-
uenire nitaris . Ad me quod attinet , de tuo tibi co-
natu tam p-aeclaro gratulor ex animo , optoque , ut
hic erudit ex exercitii conatus , quem iam exerere pa-
ras , bene feliciterque tibi eueniat , animosque pa-
tronorum uel conciliet , uel indies magis
magisque confirmet .



X250.1872

ne



B.I.G.

Black

3/Color

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



AK. 526, 22.

R. 1



RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISS
FRIDERICO AVGUSTO
SERENISS. PRINCIPE REGIO
DE
**ERVDITIS
MILITIBVS**
PRAESIDE
M· GODOFREDO VVAGENERO
ORD. PHILOS. ASCRIPTO
DISQVIRET
IO. GEORG. MITSCHERLINGIVS
PIRNA MISN
A. C. 15 CC XV D. IANVARII

VITTEMBERGAE EX OFFIC. HORNIANA

